

Verum intentio ac finis peregrinandi in loca sancta purus, ac sanctus fit; sepe enim sub hoc pretextu, vanitas, curiositas, libertatis studium, aut alia vitia delitebant: Absalon ut rebelliam consilia effectui daret, simulavit peregrinationem in Hebron: ita hodieum sic, multa vitia executioni dantur sub pretextu peregrinationis. Sanctus Basilius graviter invehitur in eos, qui in locis sacris proptia, & mercaturas instituant. Quid nunc diceret? &c. D. 2. 51.

Censura Ecclesiastica.

227. Excommunicatio terribilis poena.

Judæi olim delinquentes & Synagogis ejiciebant, eratque hac poena apud Ethenos tam terribilis, ut excommunicati nullam vim alimoniam possent vendito impetrare, ideoque herbas comedere coacti miser interibant. In primitiva Ecclesia excommunicati ordinarie a demone obsidebantur. Theodosius Imperator ab aliquo Monacho licet invalide excommunicatus volebat cibum sumere, donec ab illo ipso Monacho fuerit absolutus. Joannes Episcopus Ravennatis a Concilio Lateranensi excommunicatus a nemine recipitur, nullibi etiam refugium invenit, donec a Pontifice Misericordiam exoravit. Robertus Rex Galliarum excommunicatus ab omnibus subditis deseruit. Pius quidam Abbas in sepulcro collocatus, in quo antea Hæreticus Episcopus erat tumulatus, & sine intermissione auditur clamare. *Recede a me, ne me tangas Hæretice!* &c. D. 3. 58.

Quidam Navigans mortuus & in mare ejectus est, proxima nocte terribilis pulsus in fundo carinae auditus, & cadaver visum est navi in infima parte adherere: absolutus & sepultus pacem dedit, nec amplius molestus fuit. D. 12. 57.

In Veteri Lege Judæi excommunicati non poterant cibos etiam oblatos acceptare; unde ordinarie gramen comedere instar brati, & inedia contabescere debebant. D. 12. 37. Dayeroult. c. 7. Tit. 14.

Episcopus a Summo Pontifice in regnum Congo missus est, Congenses infantum Batavorum eum non receperunt, & a littore sagittis abigere voluerunt. Episcopus munitus est illis excommunicationem (jam enim fuerant ad fidem conversi) utque ejus poenæ vim edocerentur, sententiam Excommunicationis

supra arborem in littore stantem pronam clavit. In momento exaruit arbor, & Congenses Episcopum territi receperunt. R. cent. 3. p. 2. mir. 22.

228. Operatur terribiles effectus.

Vvilhelmus Episcopus Ultrajectensis adhæsit Henrico Imperatori, quem Gregorius VII. excommunicaverat, eumque & cathedra defendit, impactis Gregorio impudentissimis calumniis. Quid fit? paulo post desperandus moritur, clamitans se videre gehennam apertam, & una cum complicitibus absorberi. Udo Archiepiscopus Trevirensis repentina morte extinguitur. Burekardus Misniae Gubernator ex equo delapsus cervicem frangit. Godofredus Dux sine Sacramentis subito decedit. &c. Nobilis quidam in Excommunicatione mortuus & a militibus in cimiterio sepultus tandem a terra facta ejicitur, donec in loco profano tumulatur. Princeps quidam Germaniæ a Castelfino III. excommunicatur, & quia non resistit, illius regio sterilitate, exundationibus, moribus misere devallatur, ipse crus frangit, & insanabili dolore tandem affigitur, donec se Ecclesie subjicit. Interfectores S. Thomæ Cantuariensis hominibus & pectus odio sunt, ita ut nec famelicis canes ab ipsis bolum panis recipere: coriphæus eorum nomine Tracius vivus computrescit. D. 3. 59.

S. Archiepiscopus Antoninus rogatur a quibusdam vindictæ cupidis, ut certos delinquentes excommunicaret. Sanctus Vir ut illis ostenderet, gravitatem hujus poenæ supra panem pronuntiavit maledictionis sententiam, & panis velut carbonis denigratus fuit: pronuntiavit absolutiorem, & panis iterum dealbatus est. Sanchez 6. part. c. 11. 375.

S. Hugo quosdam excommunicavit, & illi statim disparuerunt, non amplius deinceps visi: alia vice divitem Mercatorem excommunicationi subjicit, & iste die in diem depauperatus est, donec se sitiens Episcopo penitentiam, & veniam impetravit. Sanchez part. 7. c. 4. fol. 989.

Cum S. Bernardus dedicationem alicujus Ecclesie celebrare veller, innumerabiles mæscæ eam occuparunt, ita ut timeretur, eam solemnitate impeditum iri. S. Bernardus omnes mæscas excommunicavit, & illa una nocte omnes perierunt. E. Excommunicatio, num. 5.

Ab excommunicato neque canes panem acceperunt. Et ab alterius domo ciconiæ nu-

VERBUM DEI.

229. Est efficax ad conversionem peccatorum.

Sanctus David ait: *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Jeremias Propheta comparat malleo, quasi malleus contrensus ter. 23. petram. S. Paulus penetrabilis omni gladio incipit vocat. Palmista lucerna comparat: *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Christus Dominus ipsa æterna veritas fistula pastoralis: *Ovis meo vocem meam audient.* &c. B. Serm. 11. n. 1.

Vox Domini præparantis cervos: *Vatibus ait cervas reprimere partum, sed auditu tonitruu parere: O quam arduum videtur peccatori parere, peccata in confessionali prodere: Quid consilii: tonitruu opus est, ait Lorinus: Qui leniori doctrina non acquiescunt, terribis minis ad penitentiam converti.* Ita Paulus cum Atheniensibus penitentiam prædicaret hoc tonitruu usus est: *Eo quod statuis diem, in quo judicaturus es orbem.* &c. B. Serm. 31. nu. 4.

Cur dicitur Verbum Dei penetrabilis omni gladio incipit? quia una acie instruit intellectum, altera movet voluntatem, & adeoque duas victorias reportat. Segn. Manu 1. April. n. 4. in fine.

S. Franciscus Solanus urbem Limanam, quæ erat sentina omnium scelerum, una concione adeo convertit, ut mirabiles in omni populo facti sint animorum motus. R. cent. 3. mir. 7.

Verbum Dei est efficax, ut audientibus conferat salutem. Paolletti Dom. Sexages. In hoc mundi exilio quasi in tenebris ambulamus, pauci sunt, qui non cespitant, aut impingunt. Quid ergo remedium? Lucerna seu luce opus est, ut pericula prævidere, & cavere possimus. Talis lux, & lucerna est Verbum Dei, juxta illud Davidis: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.*

Canite tuba in terra, clamate fortiter. Jerem. 40. Quenam est hæc tuba? Hugo Cardinalis ait: *Tuba prædicationis.* Sed cur Verbum Dei comparatur tubæ? cur non citræ, qua spiritus malus in Rege Saul compefcebatur? S. Augustinus dat rationem, quia *tuba non tam oblationis est, sed quam terroris.* Tuba ad bellum concitat, animofum facit, quia sanguinem commovet, &c. B. Serm. 31. n. 1. fest.

Sicut tubarum sonitu magna Jericho eversa sunt; ita verbo Dei muri superbiæ, avaritiæ, luxuriæ sternuntur. M. conc. 24. aff. 1. n. 5.

audam transfulerant. E. Excommunicatio num. 6. & 7.

Duo conjuges ex rapto vivere fuerunt, dum excommunicati in rus exeunt, repente mortui concidunt. J. 86.

Cardinalis ante prandium manus lavans anulum detraxit & arbori inferiit. Postea oblitus, ubi anulum collocasset, & suspicans forem in familia, censuram dixit in eum, quisquis anulum haberet. Et ecce arbor exaruit, & inventus est anulus. J. 87.

Monachus refractarius & propterea excommunicatus martyrium quidem pro fide sustinet; cum autem eius sacrum corpus Ecclesie inferretur, ibique sub Misfa diceretur: *Catechumeni egrediantur! tumba secum trahat cum stupore omnium extra templum concessit.* T. n. 122. Dayeroult. c. 1. tit. 14.

Henricus Imp. a Summo Pontifice excommunicatus adeo perdidit omnem respectum, ut Ermenoldus Abbas illi fores Ecclesie, & Monasterii in faciem occlusit. Nadaf 6. Jun.

S. Eligius Episcopus Noviodunensis cum Diceceffi suam visitaret, Ecclesiam aliquam ex delicto Pastoris interdixit. Non parere volens Pastor signum ad res Divinas dari præcipit, & ecce! campanæ omnes nullum sonum reddiderunt. D. 6. 42. N. 1. Decemb.

Abbas quidam Cisterciensis habebat corvum, qui furcissassuetus, quondam anulum, quem Abbas & digito detraherat, furatus est & in nidum suum asportavit. Indagatum est diu de annulo inter domesticos, fure autem non comparante Abbas in illum excommunicationem tulit; & ecce! corvus statim ab arbore quasi fulmine decidit. Quæstus ergo est annulus in nido corvi & ibi inventus, atque hic corvus statim iterum convuluit, plumæque antea deplumate denuo succreverunt. Alii dicunt corvum paulatim exaruisse, & postquam annulus inventus & ille absolutus est, reconvulvisse. E. Excommunicatio n. 4.

Nempe Ecclesia duplicem habet potestatem contra peccata, & peccatores. *Ecce! duo gladii hic!* unus gladius est potestas spiritualis censoriarum: alter est brachium seculare, & auxilium Principum. B. Serm. 64. n. 14. Vide Dayeroult. c. 1. Tit. 14.

Ex l. de Paris de Sord. Ord. S. Hiero.

Ps. 118. Tit. 4.

Joan. 10. Tit. 30.

Tit. 28. Tit. 30.

Tit. 30.

Tit. 30.

Tit. 30.

Tit. 30.

Tit. 30.

Tit. 30.

Tit. 30.

Tit. 30.

Montis de febr. p. 1.
Cibi liberius sale conditi præservant a febribus putridis. VV. Art. disc. font. 48. ex. 3. Verbum Dei comparatur sali, quia a peccatis præservat.

Bicker in prefat. de sanit. cano.
Exercitus Caroli V. in obsidione Tunecana perisset fame & siti, nisi quilibet militum aliquot salis grana lingue suppositisset. VV. Art. disc. font. 48. ex. 3. Sic multi in peccata lapsi fuissent; nisi de Verbo Dei aliquam sententiam in animo retinissent.

Cuidam conqueſto, quod ex Verbo Dei nihil memoria retineat, præcepit fenior, ut afferret duo vasa, & unum lavaret, non autem alterum. Facto hoc quæſivit, quodnam esset mundius & respondente discipulo, lavatum. Subtulit: sic etiam anima mundior est, quæ audit Verbum Dei, est nihil memoria teneat. *E. Verbum Dei, n. 1.*

28. 118.
Verbum Dei non tantum operatur conversionem peccatorum, sed etiam præcatur a relapsu, id quod expertus David ait: *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.*

230. *Audire est necessarium ad salutem.*

St. Greg. hom. 15. in. 120.
Corpus indiget nutrimento: hoc si desituitur, deficiunt omnes sensus corporis. Ita si anima non pascatur Verbo Dei; Verbum enim Dei, teste Gregorio *cibus est mentis*, deficiunt omnes potentie animæ: memoria non amplius recordatur beneficiorum Dei: intellectus non amplius cogitat celestia: voluntas non amplius ardet caritate, &c.

Caritas Dei comparatur igni: Sicut ergo ignis si lignis non nutriatur, & foliibus animetur, in cineres subsidet & extinguitur: ita caritas tepescit & deficit, si non Verbo Dei identidem inflammetur.

Dives epulo perit, quia pauperem non pavit: Quid ergo timendum illi, qui famelicam animam non pascit, & id sæpe ob futiles causas, propter somnum, propter otium, propter jentaculum, metu frigidis, aut modicæ incommoditatis?

Famulus qui cum talento non negotiatus lucrum non fecit, ejectus est in tenebras: ita Christianus non solum damnari metuat ob peccata commissa, sed etiam propter bona omnia scimus miserabiles conversiones per Verbum Dei factas: forsitan & Deus tales conversiones in te operatus fuisset, si Verbum Dei non neglexisses: igitur Deus de omissione hujus conversionis, & multorum operum rationem a te exiget.

Verbum Dei non tantum conducit ad salutem, sed est signum æternæ salutis, seu prædestinationis. S. August. ait: *Nihil magis signum æternæ prædestinationis, quam libenter audire Verbum Dei.* Qui libenter audit de urbe Romana, Romanus est: ita qui de celesti patria, celestis est. B. Sermon. 48. n. 13. & seq.

Salomon ut flores naturales ab artificiosis discerneret, per apes effecit: quibus apes infederant, veri flores, quibus fuci, fidei erant. Tempore concionis concionator apes, dæmon fucos & muscas emittit: Qui apes admittunt in animam, boni sunt: qui muscas, mali Christiani. B. Sermon. 61. n. 2. & seq.

S. Patres & Spiritus Magistri non possunt satis exprimere grande periculum illius hominis, qui Dei vocacionem negligit, aut illi temerarie resistit. Quid est autem Verbum Dei nisi vox Dei vocantis, qua peccatores a semita perditionis revocantur, & ad vitam meliorem convertuntur? multi ex una concione animatus mutati, & Sancti facti sunt, uti S. Antonius Eremita, S. Nicolaus Valentinas, & alii.

Si hora constituta esset ad distribuendos nummos argenteos & aureos, quantus esset hominum accursus! sibi ipsi pauper imputare deberet suam pauperitatem, qui ex mera negligentia comparere, & oblatum aurum acceptare nolle. Quid sit in concione & distribuuntur celestia charismata! vix illi, qui acceptare oblatum recusat.

231. *Est valde utile ad salutem.*

Multi peccatores dormiunt somnum suum, & in tenebris ambulat: putant se non male vivere, & tamen in periculosissima perditionis via progrediuntur; quia non agnoscunt suas passiones, pravo habitu & affectu, aut saltem nesciunt, quomodo vitam suam ad Dei beneplacitum, & ad Christianam perfectionem coordinare debeant. Quid aliud remediis miseris superest, quam frequens auditio verbi Divini? *Omnis enim Scriptura Divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Multa opera videntur bona, quæ tamen sunt defectuosa.

Non solis precibus regnum cælorum expugnatur, sed maxime per tolerantiam adversitatum, & injuriarum: unius injuriæ patiens concordio pro Deo facta major.

majorum consolationem in animo relinquit, quam decem deproperata Rosaria. Ubi autem, in qua schola addiscitur hæc sacra ars vincendi seipsum? in schola Verbi Divini: *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.*

Præcipue curent parentes, ut parvulis, quamprimum ad diluoculum rationis pervenerint, æternæ veritates de fine hominis, de æterna mercede bonis destinata, de gravitate peccati, ejusque penis, aliisque explicentur, ut agnoscat, quare vivat, quem in finem in hunc mundum venerint, alias non aliter vivent, quam bruta, quæ nihil sciunt, nisi quod vident aut sentiunt. Hæc de causa dicit Palmita: *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.*

Verbum Dei conservat hominem in Dei gratia, & præservat a peccatis, & periculis peccatorum. Vir eruditus dicere solebat, tria hominum genera se non invenisse in mundo: Laboriosum, qui pauper egeret: Ablemum, qui brevis vitæ fuisset: Sedulum Divini Verbi auditorum, qui scelerate vixisset. Citius album corum invenies, quam sedulum Verbi Divini auditorem, qui malus sit.

232. *Apud multos peccatores nihil efficit. Cur?*

Pluvia vepres & flores producit: sol indurat lutum, ceram emollit: Hæc vox: *Ego sum*, convertit Paulum, Judæos induravit, nimirum pro varietate dispositionis. B. Sermon. 51. n. 21.

Petrus, quia non ex alio fine, quam curiositate intrat atrium pontificis, turpiter cecidit, ita enim docet S. Laurentius Justinianus: *Fortasse ideo corruit, quoniam non ut pugnaret, sed ut finem videret, accessit.* M. conc. 44. ass. 1. n. 10.

Postul sæpe sacri Præcones dicere: *Curavimus Babylonem, & non est sanata. Cecinimus vobis, & non saltastis*, id est non elevastis vos a terra dum misericordiam prædicavimus. *Lamentavimus, & non planxistis.* B. Sermon. 61. n. 12. seq.

Sicut olim Judæi, ita etiamnum illi Christiani velant faciem Christi, qui veritati resistunt, ait Cardinalis Hugo. S. punct. 12. fol. 584. in fine.

Quot sunt, qui claudunt aures sicut aspidis surdas, & obturant aures, quæ non sinit se ab incantante & latibulo in lucem educi, ait Augustinus: hi & si

miles dicunt: *Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* S. punct. 98. fol. 295. punct. 101. fol. 303.

Poluerunt cor suum adamantem. Adamas, ait Hieronymus tam durus est, ut omnia metalla confringat, ipse vero a nullo frangatur, & tamen sanguine hirci facile dissolvitur: ita sunt multi, qui ad vocem Dei adamantini, & durissimi sunt, ad vocem autem unius frenis molles: hi habent aures incurvatas, quæ omnia verba indifferenter excipiunt, inhoneſta, turpia, blasphemæ &c. sed Verba Dei non audiuntur. S. punct. 98. fol. 297.

Dicit aliquis: Ego fructum nullum sentio ex concionibus istis, & ille concionator non est ad meum gullum! &c. Crediderim, culpa est penes te! Legitur in historiis, fuisse homines, qui calcem vivam, alii gossipium & lanam, alii laceratas, alii fila ex vestibus, alii stercorea libentius, quam opiparas dapes comederant. An defecus erat ex parte ciborum? Nihil minus! sed ex parte palati; post mortem enim horum hominum inventum est, quod nervi, qui ad gustum pertinent, non ad linguam, & palatum, sed retro ad occipitium se reflexerint. Ita tibi non sapit Verbum Dei, quia palatum animi vitium corruptum est. VV. Art. disc. font. 27. Ex. 2.

233. *Debet attente ruminari, ut fructum ferat.*

Sicut granum sinapis vim suam non exerit, nisi bene masticetur; tunc enim solum stomacho prodelt: ita Verbum Dei, ut prolic attente in mente volvi debet. B. Sermon. 30. n. 1.

Venerabilis Beda cæcus erat, aliquando illuſorie rogatus est concionari; a defese multitudinem hominum, qui caperent sacra doctrina imbut. Ille secit concionem zelosissimam, cumque ita concluderet, *per omnia secula seculorum*, lapides, quorum acervus aderat, responderunt. *Amen.* Quid mirum quod hodieum exiguus fructus hauritur ex concionibus? multi sunt, qui plus non capiunt, quam isti lapides, nempe *Amen.* D. 3. 1.

S. Episcopus Hermes per similitudinem ait: ab arbore excussos esse Ramos, & variis hominibus traditos, ut illos sedulo implantarent: factum, ut præceptum Verum aliquid rami aruerunt, aliquid solum folia, aliquid etiam fructus tulerunt. Arbor est S. Evangelium, Rami sunt Verbum Dei, qui varie fructificant: sed gra-

vis ratio danda erit, si non follicite curerunt. Sanchez 5. part. c. 4. fol. 452.

Eo ipso quod Verbum Dei sit vulnere nostrorum medicina, item quia exigit Dei loquentis Majestas, & audientis utilitas attente debet auscultari. Paolerti Dom. Sexagesi.

Domini Deus inter animalia munda, quibus Judaei vesci licuit, præcipue numeravit illa, quæ ruminant. Quid per hæc intelligitur? Intelliguntur Viri Sancti, qui Verbum Dei, quod aure percipiunt, in ventre memoriæ recondunt, & sæpe ad os cordis revocant. C. Levit. 11. v. 3.

Iac. 1.

Suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras. Suscipere verbum in aures non salvat animas; debet suscipi in memoriâ, intellectu, voluntatem, & in manus, ut operetur effectum. Hinc dicitur *insitum*: insitio post se trahere debet florem, & fructum.

234. Non fiat ad delectationem, sed ad terrorem.

Horret quidem æger, si chirurgus semper cauteria protrahat, sed si vulnus id exigit, ille crudelis foret, si parceret, ait Sanctus Augustinus: ita etiam orationis succunditas alieno tempore usurpata respiciat detrimentosa sit, effectum est Demosthenis. B. Serm. 27. n. 1.

Demosthenis.

Phil. 1.

S. Chrysostomus.

hom. 1.

ad pop.

Sanctus Chrysostomus ait: *Non est ibentium Ecclesia, ut ad delectationem audiamus: — que mihi plausus utilitas, & tumultus? laus mea est per opera vos omnia, quæ dicuntur, exhibere.* M. conc. 28. aff. 2. n. 5.

Fontes, qui versus solem orientem et terra seu petra scaturiunt, aquam habent saluberrimam, qui vero versus septentrionem, dant insalubrem. VV. art. disc. font. 49. ex. 2. Parem in modum, si Verbum Dei ad alios fines quam ad gloriam Dei fiat, vel ob alium finem v. g. delectationem, curiositatem audiatur, nihil proderit, sed potius nocebit.

Errant sacri Prædicatores, qui blandiunt auditoribus, aut nugis ac fabulis illos exhilarant. Alia præcepit nomine Dei Isaias Propheta: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam! cur autem quasi tuba; quia tuba non ad populum servit, sed rauco sonitu sanguinem, ipsumque cor commovet; hinc ad promulgandas leges, ad animandos milites adhibetur. Annuntia populo meo scelera eorum.* Non blandiendo propter res bene gestas, sed terrendo propter Dei of-

Isa. 28.

ensas. Errant proinde Sacri Oratores, & Divino Judici gravissimam rationem dare debent, qui jocis & fabulis utuntur ad captandos auditorum risus: errant, qui crispata eloquentia ad ostentationem ingenii superbiunt: errant, qui ex obvio quovis auctore concionem declamant, auditorio suo minime proportionatam: errant, qui pure in panegyricis Sanctorum sine doctrina morali detinentur, & quæ sunt familia. Studeant autem, ut auditoribus ad emendationem vitæ veritates æternas inculcent, v. g. de fine ultimo hominis, de observatione mandatorum, de fuga peccati mortalis, de vera pœnitentia, de preparatione ad mortem, de iudicio Divino, de premio æternæ beatitudinis, & inferni supplicii, aliisque, quæ excitant ad Dei amorem, & morum correctionem, &c.

Si auditores ex concione redeant cum risu & hilaritate signum est, quod concilio fuerit vana sine fructu. Si vero revertantur compuncti cum lacrymis, tunc credendum, quod concionator fecerit officium suum. Sic fuerunt conciones S. Vincentii Ferrerii, S. Antonii, & aliorum. C. Prologo in Threnos.

235. Non vilescat ob vitia prædicatoris.

Sunt nonnunquam maledici homines, qui Verbum Dei minus curant, si unum aut alterum vitium in Sacerdotibus intueantur, dicunt: ecce! nostri popæ suaudent, quod ipsi non faciunt, detonant contra avaritiam, & ipsi avari sunt: fulminant contra intemperantiam, & ipsi gulosi sunt, &c. Verum mi bone, hoc utitur sit, Verbo Dei non officit. In visis Regiis nonnunquam collocantur columnæ quæ exporrocto brachio ostendunt viam versus Ulmam, versus Norimbergam: an credis? utique credis, etiam si columna non tecum eat, aut anteambulet: ita fidere oportet sacro Oratori monstranti viam cæli, etiam si hanc ipsam viam ille non terat. Ideo præcepit Deus: *Supra cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei, omnia quæcumque dixerint vobis, facite, secundum opera autem eorum nolite facere, &c.*

Cera si calida sit, etiam a frigente sigillo figuram recipit: cum igitur respuis doctrinam, quæ a tepido, aut frigido Sacerdote venit, satis prodis, quod ipse nullum caritatis calorem habeas, &c.

Nuntii seu tabellarii sæpe inculti & bardi

bardi immundis manibus litteras afferunt, quæ tamen quia a parentibus aut amicis veniunt magno gaudio, & reverentia accipiuntur. Ita Verbum Dei cum veneratione accipiendum est, etsi a Sacerdote minus virtuoso proponatur. Beata Francisca a JESU magna anima exultatione cum lacrymis Verbum Dei excipiebat, interrogata, quomodo concionem inepas cum voluptate audire posses? respondit: Peregrini, & exules, qui literas de patria, aut amicis accipiunt, parum curant de eleganti elocutione nuntiarum, dummodo gratissimam audiant narrationem. Quidni ergo nos, qui peregrinamur a Domino, etiam minus disertas narrationes de cælesti patria libenter audiamus?

Fuerunt Sancti, ut S. Simeon Salus & alii, qui inter facietas, & ridiculas nugas peccatoribus ponderosissimas veritates inculcarunt, et quæ ad penitentiam commoverent, &c.

236. Quare a multis sine fructu audiatur.

Ex ipso modo comedendi statim defumitur fames, & appetitus: si comedens lente masticeat, proluxe garrat, circumspiciat &c. facile conjecturatur eum non habere famem. Verbum Dei est cibi animæ: ex ipso modo audiendi facile defumitur an audiens habeat appetitum: si garrat, dormiat, circumspiciat signum est nullius famis. Qui stomachum habet vitiosis humoribus plenum non sentit orexin ciborum: ita cum nullam quis Verbi Divini orexin habet, signum est cor pravis terrenarum rerum appetitibus refertum esse.

Nunc passim non ex alio fine itur ad concionem, quam eodem quo itur ad musicam: sicut enim in musica nihil aliud queritur nisi oblectatio aurium, ita & in concione: hac finita dicitur fuit pulchra oratio, & de cetero nullus sentitur fructus, non compunctio animi, non emendatio morum, &c.

Nunquam observasti quid in convivio fiat? est aliquis, qui dividit, & cum continuo distribuit, sæpe sibi nihil reservat. Ita fit in concione: dicta omnia illis imputantur, nulla sibi: sic sermo contra vitiam? & ecce! dicit aliquis maritus, hodie egregie perfrictæ sunt mulieres vane, compe, nimis ornate: interim ipse non vult advertere, quod illa capiteo: quomodo vivere potes, ubi mori non proximum sit effectus ejusdem superbie.

Fit sermo contra avaritiam, & ecce! dicit aliquis opifex, hodie egregie perfricti sunt illi eucliones qui parce & jejune vivunt: interim non vult advertere, quod ille fraudes, & circumventiones, quibus utitur in emendo & vendendo sint equibus ejusdem avaritiæ. Fit sermo contra luxuriam, & ecce! dicit aliquis Patrefamilias, hodie egregie perfricti sunt pecculantes juvenes & puella: interim non vult advertere, quod ille, dum famulos & famulas plena libertate inobsequatas vagari permittit, ad eandem luxuriam cooperetur. Fit sermo contra immiserentiam erga pauperes, & ecce! dicit aliquis Superior: hodie egregie perfricti sunt Patrefamilias, qui famulos dure tractant, interim ille non vult advertere, quam tyrannidem ipse in subditos exercent, &c. Et sic pergendo de ceteris vitiis, nemo vult auditam doctrinam in medicinam suæ infirmitatis convertere, hinc nulla fit emendatio, &c. Vide Titulum: *Sacer Prædicator*: Quare nullum fructum faciat.

S. Antonius prædicavit picibus, qui tamen post auditum Verbum Dei denuo se in profundum maris demerserunt. Acellus marinus mansit asellus, lupus marinus perrexit prædari, cancer perrexit retro ire, anguilla perrexit lactivire, &c. ita fit apud peccatores, manent, qui ante fuerunt, nec se ad dicta sacri Oratoris emendant.

Verbum Dei non fructificat, quia non æstimatur, sed pure pro verbo humano, aut cæremonia habetur. Quæro, ait S. Augustinus, si hora illa, qua Verbum Dei in Ecclesia proponitur, nummi argentei vel aurei, aut in aureas allaque ornamenta distribuerentur, quantum effect concursus innumerabilis multitudinis hominum? Nunc autem cum distribuantur ornamenta & monialia virtutum, quibus non corpora sed animæ exornantur, nemo est, aut paucissimi, qui cum gustu & aviditate comparent!

S. Aug. Tom. 10. hom. 26.

237. Causas repentinas conversiones.

Juvenis quidam a proposito dudum concepto ingrediendi Religionem remiserat: cum aliquando illi in Conventu sacre sodalitates Sanctus Menitrus distribueretur, simul hæc gnome ex S. Bernardo illi prælecta est: *Quid tardas ipsum, quem jam dudum conceperas, spiritum concipere: quomodo vivere potes, ubi mori non audes*: His auditis animo tællus statim fan-

sanctum propositum operi dedit. Ita unica sepe sententia in concione prolata miris effectus protulit, &c. D. 6. 23.

S. Nicolaus Tolentinus audiens ex Cathedra illud: *Nolite diligere mundum*, ac si hac verba sibi soli dicta essent, mundum reliquit, & Religionem S. Augustini amplexus est. N. 10. Sept.

Generatio perlarum acuniorum in mari adscribitur sali unda maris. VV. ar. disc. font. 48. ex. 3. Sic Verbum Dei, quod comparatur sali, solet esse causa nobilissimarum virtutum, ipsiusque conversionis & gratiæ Dei. Ex Verbo Dei oritur fides, ex fide spes, ex spe caritas, & caritatis opera, quibus regnum calorum debetur. *Didac. Stella in Lucam.*

S. Franciscus Seraphicus ex Evangelio audiit: *Nolite possidere aurum*, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, & statim eam sibi regulam sequendam proposuit. S. Antonius Eremita audiit illud: *Si vis perfectus esse*, vade, vende omnia, &c. Et statim relictis omnibus, mundo valedixit.

Sicut ignis semper calefacit, sicut lux semper illuminat, sicut cibus bonus semper nutrit: sic Verbum Dei, ut semen bonum in terra bona semper bonos fructus affert.

Lazarus ad vocem illam: *Veni foras* statim & sepulcro prodit. Petrus & Andreas ad illam: *Venite post me*: statim secuti sunt eum.

238. *Non fructificat propter indignitatem auditoris.*

Operarii pauci. Quare ergo? an enim non profant tot conciones? Sanctus Thomas ait: *Gratis sermonis quandoque subtrahitur propter auditoris culpam, quandoque propter culpam ipsius loquentis.* Sanctus Job ait: *Qui precipit soli, & non oritur: Supra quæ verba Sanctus Gregorius: Oriri solem et voluit, a quo prædicationem animam divortit.* Deus præcepit Ezechiel: *Includere in medio domus tuæ, & linguam tuam adhaerere facies palato tuo.* Ubi Gaspar Sanchez: *Consummatis populi divites prophetica vocis officium vendebat.* Sanctus Chrysostomus: *Hoc doctor accipit, quod meretur auditor.* B. Sermon. 37. §. 3. seq.

Propheta cum apud populum Israel miculalis, mints, & exhortationibus nihil efficerent, adempta sunt illis oracula, & missi sunt ad gentes. A. 1. lect. 3. num. 2.

En! quid fructus ex qualibet concione

colligere valeas! Dicis sepe: iste concionator omnino mihi non placet: Nihil possum ex ejus dictis colligere! Age! saltem hoc fructus collige, humilia te, & crede te ex eorum auditorum numero esse, propter quorum indignitatem Deus non meliores conceptus suggessit concionatori.

Rex Psalmographus inter alia dicit: *Ps. 118. Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.* Quid hoc rei? an ergo David mandata Dei scrutari non potest, nisi recedant maligni? Non ita potest; quia Deus ob præsentiam unius peccatoris toti communitati orantium subtrahit suas gratias, & dona Sancti Spiritus. Jam notate a pari! si Deus ob præsentiam unius peccatoris subtrahit toti communitati orantium gratias, & lumina caelestia, etiam metuendum est, ne Deus ob præsentiam unius peccatoris subtrahat voci Oratori suam assitentiam, & utilitatem, ac efficaciam sermonis, &c.

239. *Impeditur a diabolo.*

In terra Israel aliquando nullus erat faber ferrarius, id enim cavebant Philistæi, ne arma euderentur contra se. Verbum Dei est gladius, hunc auferre, destrueret fatagit dæmon. B. serm. 69. n. 11. A. 1. lect. 1. n. 1.

Venit diabolus, & tollit verbum de corde. Sicut corvi illi canistrum piscoris evacuauerunt: ita aves infernales tollant bonas cogitationes. Hinc quidam demones vocantur præcursores, ut statim primitias diei, aut primitias bonarum cogitationum præoccupent. S. punct. 16. fol. 58.

Satellites demonis in hoc semper vigilant, ut Verbum Dei, & sacra doctrina impediatur. Nabuchodonosor expugnata Solyma statim sacros Codices comburit: Antiochus per totam Judæam sacros libros exurit: Diocletianus mandat, ut omnes Christianorum Scripturæ schanis traderentur. Julianus Apostata schanis Christianorum prohibet. Martinus Lutherus sacros Canones comburit. Mahometes omnem literaturam prohibet. A. 1. lect. 1. n. 1.

Cum Abbas Magnetes ad fratres verba faceret, isti obdormierunt: narravit fabulam, & statim evigilarunt: quam fraudem diaboli dein Sanctus Vir illis severe approbavit. Sanchez 5. part. c. 3. fol. 418.

Sanctus Jordanus Ordinis Prædicatorum Generalis ex emergentem volebat eicere dæmonem: dæmon promissit se abiturum, si ille deinceps non amplius ad populum

pulum dicere promitteret. Recusavit sanctus conditionem, tum dæmon postliminio studuit veneno & vi sanctum interire. Id cum efficere non valuit viribus, efficere astu laboravit. In gravi morbo ter angelum lucis indutus ter persuasit Jordano, ut relicto lecto humi cubaret. Tandem comperita fraude deceptor in fugam actus est. R. cent. 2. part. 1. mir. 48.

Quidam a malo demone instigatus Constantiæ sacrum Prædicatorum jocos & nugis turbat, cui Sacer Præco: tu impunitus non abibis. Et ecce! joculariter statim in rabiem actus est. Ephem. Dom. 15. Mart.

240. *Leniter propositum plus movet quam austerum.*

Cardinalis Damiani fabulam proponit, licem fuisse inter solem & aerem, quis esset fortior: aer viatori pallium admittere non potuit violento flatu, sed sol calore. *Promeruit palmam, qui leniter egit, non qui vincere furendo tentavit.* B. serm. 52. num. 1. seq.

Ille vitæ, quæ balsamum stillant in vineis Engaddi, ferro scindi non debent, alias excutuntur, sed manibus, & ossibus cultellus tractari debent, teste Plinio: ita &c. A. 1. lect. 2. n. 17.

Nicolaus Bobadilla turmam latronum obviam habet: illis sermonem proponit, quo eos comparat ridicule cum Christo, qua re omnes convertit. *Difficile dictu est, quantopere conciliet hominum animos comitas affabilisq; sermonis.* R. cent. 2. part. 1. mir. 34.

S. Philippus Neri ubi ex senio dicere ad populum non amplius poterat, domesticis colloquutionibus utebatur: frequentabatur illius cubiculum a summis Principibus, & infimis civibus, quos solita exceptos hilaritate, jactisque sacra confabulationis feminibus, demum plebes Divinis cogitationibus a se dimittebat, messem animarum hac methodo colligens amplissimam.

Eccli. 6. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Causam dat Palacius: quia verbum est vehiculum mentis: igitur in verbo dulci mens vadit, & illabitur instar facchari in animum audientis, cumque dulcedine sua replet, & in sui amorem allicit. Ratio a priori est, quod suavitas & dulcedo in omni rerum genere naturæ sit gratissima, & melleum ejus oblectamentum. Sic dulces saporis palato, dulces melodiarum auribus, suaves

colores oculis sunt gratissimi. David Regem Saul, Abigail Davidem dulci alloquio mitigavit. C. Eccli. c. 6. v. 5.

241. *Non solum audiri sed opere expleri debet.*

Dominus Deus scripsit decem præcepta digito, non calamo: Quare? ut operemur & opere expleamus, quod scripsit. M. conc. 28. aff. 2. n. 1.

Illi milices eliguntur ad prælium, qui manu aquam ad os projiciunt. M. conc. 28. aff. 2. num. 2.

Paulus loquet, quia spectaculum facti sumus, tanquam mimi coram populo, sine fructu, &c. M. conc. 28. aff. 2. n. 5.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Cur Verbum Dei dulce faucibus? quam relationem habet verbum ad fauces? nempe quia in cor intus sumi, & iterum per ruminatorem reasumit debet. Super mel ori meo: Mel confortat, & miram habet efficaciam ad valetudinem conservandam. Ita Verbum Dei, &c.

Beati, qui audiunt Verbum Dei, & studium illud: Audire solum non facit beatum, sed custodire. Ad quid prodest custodia militum ante portam? aret hostes, & iniquissimos ac civis securos reddit. Parem in modum Verbum Dei ab anima Christiani peccatum & suggestiones diaboli arere, & in corde virtutes protegere, ac operativas facere debet. *Esote fideles Verbi, non auditores tantum.* *Lat. 1. Rom. 1. Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed fideles.*

Triplex sunt Verbi Dei Auditores, ait Petrus Blesensis, Pigri, contemplativi, & activi: Pigri sunt, qui de morte, judicio, & inferno cogitantes compunguntur quidem, sed ad curas terrenas converti cito omnia obliviscuntur. Contemplativi, qui Verbum Dei solo intellecta, non voluntate percipiunt. Activi demique, qui audita in praxin deducunt, & virtutes, quas edocentur, opere exsequuntur: Et hi sunt gratissimi Deo. C. Jac. 1. v. 24.

242. *A variis variis excipitur.*

Non inepte comparatur Verbum Dei cibo: nam ait Chrysostomus: Sicut stoma. S. Chry. Op. can. perf. macho subministrante unumquodque membrum fuscipit nutrimentum & convertit ipsum in se secundum ipsam suam naturam; ut puta quod fuscipit jecur totum fit

fit sanguis, quod autem fuscipit fel, bilis efficitur totum, quod autem ascendit in pulmonem phlegma fit, quod in mamilas, totum efficitur lac. Sic in Ecclesia sacerdotibus loquentibus verbum omnes fuscipiunt, unusquisque autem convertit illud secundum proprium cor, ita ut unum quidem in cordibus rectis procedat ad vitam, in cordibus autem perverfis fuscitur ad iracundiam, quasi bilis, in aliis autem operatur dilectionem dulcissimam quasi lac, in aliis vero odium quasi phlegma nocivum, & expendum &c. M. conc. 28. aff. 2. n. 7.

Verbum Dei comparatur femini, quod pro varietate terræ, in quam incidit, varium fructum parit, terra enim pinguis, si bene colatur, ex uno grano profert centum grana: alia minus pinguis sexaginta: alia sterilis triginta. Sic Verbum Dei, si cadat supra petram; id est, in cor durum, aut inter spinas, id est, in cor, curis secularibus distractum, aut fecus viam, id est, in cor malis cogitationibus arefactum, nullum, aut modicum fructum affert. C. in Matth. 13. v. 8. & 18.

Quod temperamenta sunt in corpore, hoc habituar passionem sunt in animo: Cholericæ etiam dulcia in bilem convertunt: Melancholici etiam gaudiosa fastidiunt: Phlegmatici etiam succos salutare in pituitam, humoresque nocivos commutant. Par ratio se habet de malignis passionibus animi, quibus, si cor induruit, doctrinas saluberrimas in sensum sinistrum detorqueant! putant esse venenum, quod est medicina! &c.

243. Eius desectus, quæ mala post se trahat.

Deus puniturus populi malitiam dixit ad Amos: *Eccel! . . mittam famem in terram. Non famem panis, neque frum aquæ, sed audendi verbum Domini.* Quid autem sequetur? *In die illa deficient Virgines pulchre, & adolescentes in siti.* Ubi deficit Verbum Dei, ibi deficit virginitas, & regnat libido, ait Hieronymus. Certe in illis locis, ubi Verbi Dei penuria est, abundant impudicitia, & morum dissolutiones. A. 1. l. 1. n. 25.

Ofca 4. *Offenses ingemiscit: Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem teigit.* Alii legunt, *& peccatum peccato unitur.* Unde tanta malorum lerua? nempe ex hoc antecedente: *Non est scientia Dei in terra.* A. 1. l. 1. n. 26.

Inveniuntur Christiani in rebus fidei tam rudes & inculti, ut in iis, quæ ad salutem pertinent, profus ignari cacuciant, & hallucinentur. Unde tanta ruditas? nempe ex eo, quod nullam omnino orexin habeant ad Verbum Dei, illicque rarissimo interfint: unde fit, quod sicut e rimoso dolio vinum effluit, ita illi rerum caelestium, quas una vel altera vice tantum audiunt, facile obliuiscuntur: ideo deplorans ait Ecclesiasticus: *Cor fatui quasi vas confusum, & omnem sapientiam non tenet.* Eccl. 21.

Sicut deficiente pluvia in campis & hortis fructus exarescunt: Ita Verbo Dei deficiente omnes virtutes languescunt. Discipulus, si Magistrum & scholas declinet, rudis & incultus permanet: Verbum Dei est schola Spiritus Sancti. Ignis in farno fabili nisi folliibus animeatur, extinguitur: Verbum Dei est folliis excitans ignem amoris Dei. Vecors alicui, nisi continis stimulis ureatur, iterit & pigritatur in via. Verbum Dei stimulus est pungens, & urgens in via salutis &c.

Sacra Scriptura.

244. Est communis constiarius in omnibus necessitatibus.

Emel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit. Id est, non ad omnes particulares hominum casus respondet, sed Scripturæ casus tot, tamque varii sunt, ut omnibus questionibus satisfaciat &c. S. Gregorius ait: *Discant Ecclesiæ Doctores, discant arrogantes, quia Deus ad verba omnia non respondet, sed ita ordinavit, ut per Scripturam, & voces Patrum spiritualium Scripturæ conformes nos dirigat &c.* S. p. 98. f. 299. seq.

S. Ludovicus Rex hæsitans, an hominidæ iustitiam, aut vitæ gratiam facere deberet, apertens Scripturas incidit in illud: *Faci iudicium, & iustitiam, mox reum ad mortem condemnavit &c.* A. 1. l. 1. n. 9. C. in Ila. c. 8. v. 21.

Major est hujus Scripturæ Auctoritas, quam omnis homani ingenii perspicacitas, ait S. Aug. Et iterum: tanta est, ac talis Divinæ Scripturæ sublimitas, ut non solum verba, quæ a Sanctis, vel a Domino dicta referuntur, sed etiam circumstantiæ, quæ simpliciter positæ videntur, spiritualibus plenæ sint mytheris.

Ibi bonum consilium, ait S. Ambrosius, ubi bonum Dei Verbum. Misti Deus ver-

verbum suum, ut sanaret hominem, non ut perderet. Hoc verbum medicina est.

Vix est excogitabilis casus sive in prospera, sive in adversa fortuna, qui non sit invenibilis in Scriptura; ex facto igitur praterito, quid in presentia faciendum sit, colligi potest. Sicut eum de pulchritudine faciei, aut deformitate lis est, ad speculum recurrit: ita, ait S. Hier. Scriptura speculum est, quo scæda corriguntur, pulchra conservantur, & pulchriora redduntur.

S. Hier. in ep. ad Dorotheum.

S. Aug. de doctr. Christiani.

Et S. Aug. ait: *Quidquid homo extra didicerit, si noxium est, hic damnum, si utile est, hic inventur, & cum ibi quisque invenerit omnia, quæ utiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inveniet, quæ nusquam alibi invenire potuit.*

245. Non est solidianda propter humilem styliam.

S. Aug. ab initio nauseabat legere Scripturas propter humilitatem styli, & magis placebat ei Tullius. S. in Prefatione fol. 4.

Quid? quod Scriptura non caret sua eloquentia, tropis, ac figuris, epiphonematis ac acclamationibus, propopæis, ac athopæis, quas omnes in medium proferre longum foret. Quid in Scriptura usitatus metaphoris, nam recte ait Tullius: *Metaphoram primo genuit necessitas, post autem jucunditas, delectatione celebravit: nam sicut vestis frigoris pellendæ causa reperta primo, postea adhiberi etiam cepta est ad ornatum corporis: sic verbi translato delectationis: ita enim gemmare vites, latras segetes, etiam rusticæ dicunt.* S. in Pref. fol. 6. Vide D. 1. 26.

Ezechieli volumen in ore visum est ut mel: ita Scripturam nemo, qui bene gustaverit, fastidiet. M. conc. 7. aff. 2. n. 11.

S. Chryl. in illud Psalmi ad Hebræos 13. c. 2.

S. Chryl. Scripturam amensissimo horto comparat. *Suave est pratium, & hortus, utroque tamen suavius multo spirat facere Scripturæ lectio.* Illic siquidem flores invenire est, sed qui tempore marcescunt, hic autem occurrunt sententiæ in nativo vigore perennantes: Illic aspirat favonius, hic afflat aura Spiritus sancti, &c. Attenti igitur sumus lectioni Scripturarum, ad hanc etenim attentus si fueris, anxietate a te depellet, cordi tuo inferet incredibilem voluntatem, &c. S. Pref. fol. 7. M. conc. 7. aff. 2. n. 1.

D. Claus Spicil. univ. Pars III.

246. Multos convertit ad vitam meliorem.

S. Iustinus Philosophus mirabili circulo Sectas Philosophorum illustriores pervagatus tandem in aliquem seu hominem, seu Angelum incidit, qui ei persuasit, ut lectis Philosophorum demeritis prophetas legeret; obsecutus consilio per hanc Christianam laticam veritatis sectator; martyre factus est. C. Gen. Proem. v. 8. A. 1. lect. 1. n. 13.

Ilia verba: *Si vis perfectus esse, vende omnia &c.* commoverunt Antonium, ut relicto sæculo monasticam vitam professus fuerit. Victorinum superstitiosum, ac fastuosum urbis Rhetorem sacra Scriptura ad Christianam humilitatem adduxit. S. Aug. e fecidissimo Veneris barachio ore Scripturæ eluctatur. Simeon Scytha audito illo: *Beati pauperes spiritus* convertitur, eoque sanctimoniz prohibetur, ut octoginta continous annos perdit, & pernox in columna leterit, &c. C. Gen. Proem. n. 11.

Chron. PP. Prædian, 1. p. 1. 3. c. 59.

Doct. Parisiensis Guericus cum veterum Patrum vitam legit cum addito semper epiphonemate: *Et mortuus est.* Valuedicit mundo, & Religionem S. Dominici ingreditur. A. 1. lect. 1. n. 5.

Præfectus Reginz Candacis, S. Antonius Magnus, Columbinus, Ignatius ex lectione sacra convertuntur. Andreas Avellinus, cum illi causam clientis sui propugnanti repente mendacium excidisset, & domi Scripturam recludens incidere in illud: *Os quod mentibus occidit animam, vale dicit sæculo, & ordinem Theatinorum ingreditur.* A. 1. lect. 1. n. 5.

Sap. 1. 11.

S. Basilus ex lectione Scripturæ gentili Philosopho fit columna Ecclesiæ. A. 1. lect. 1. n. 6.

S. Iustinus post decursas frustra Philosophorum omnium Sectas, duce Angelo, ad studium Philosophiæ convertitur, & fit Doctor & Martyr. C. in Gen. Proem. n. 8.

247. Qua dispositione legenda sit?

Prima dispositio ad intelligentiam Scripturarum necessaria & crebra lectio, auditus creber, & in his constantia: Eapropter Ecclesiæ, ut nostram memoriam javer, ordinavit, ut tum in Sacrificio Missæ tum in Breviario quotidie Biblia verferemus, & per annum abolveremus, &c.

Secunda dispositio est humilitas, ait M S. Aug.

S. Aug. ep. 56. ad Diof.

S. Aug. Sicut Demosthenes in eloquentia pronuntiationi primas, secundas, tertias dedit: Ita ego in Christi sapientia primas, secundas, & tertias dabo humilitati. Ideo haeretici tam turpiter errant, quia fastuose legunt: S. Gregor. enim docet: Sermo Sacrae Scripturae est fluvius planus, & altus, in quo Agnus ambulat, & Elephas natat, &c. D. 9. 76.

S. Greg. prol. in lib. Mor. c. 11

Tertia dispositio est puritas animi: Beati mundo corde, quoniam Deum videbunt. Si Deum, ergo & Dei verba. Et e contrario: In malevolam animam non introibit Spiritus sapientiae. S. Antonius apud Athanasium: Siquis sciendi etiam futura tenetur desiderio, habeat purum cor, quia credo animam Deo servientem, si in ea perseveraverit integritate, qua renata est, plus scire posse, quam demones, &c.

Quarta dispositio est studium orationis, Christus enim est Magister noster, est via, veritas, & vita, ad veritatem autem non multiplex, sed una via est. Prophetarum omnium scientia Divina fuit &c. C. Gen. Procem. 39. & seqq. D. 9. 76.

Ad lectionem Scripturae requiritur sapientia, quae est filia memoriae. 2. Humilitas animi modestia, hic enim agnus ambulat, elephas natat. 3. Puritas animi, in cor enim impurum non intrat Spiritus veritatis. 4. Est oratio, quam Sancti omnes Doctores intelligendis Scripturis adhibuerunt: S. Bernardus, Daniel, Gregorius, Chryl. Ambrosius, S. Thomas & alii. C. Gen. Procem. n. 39. & seqq.

238. Non est clara, sed indiget expositione.

Multi textus Scripturae possunt habere duplicem sensum, uti haec verba: In principio creavit Deus caelum & terram: Et: In principio erat verbum. In primo textu per *in* in principio significatur: in tempore. Et in altero textu: ab aeterno: si enim utriusque aequaliter significant, manifesta haereticis esset inalterato textu, &c. Haec sola vox: In principio novies exponitur. C. Gen. 1. ver. 1.

In hoc syllogismo: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam: sed qui diligit iniquitatem, odit animam suam: ergo qui diligit iniquitatem, in vitam aeternam custodit animam suam &c. In hoc inquam syllogismo, quae ex textibus Scripturae constat, necessario adhibenda est distinctio: ubi adhibenda est distinctio, ibi non est

omnimoda claritas: sed duplicitas sensus: ubi est duplicitas sensus, ibi opus est expositione: ergo &c.

Obscuritatem Scripturae quondam obicit Rufinus S. Hieronymo, quasi aliquid fidei Divinae derogaret: verum Sanctus Doctor confutavit hunc sciolum ex eo, quia Hebraeae voces saepissime habent multiplicem sensum. S. in Praef. fol. 10.

Scriptura habet quadruplicem sensum, litteralem, allegoricum, tropologicum, & anagogicum, ex his vix unam genuinum saepe assequimur, quomodo ergo tres reliquos tam facili temeritate nobis promittamus? hinc tam impendunt studium & defatigatio Sanctorum Patrum ac Interpretum. C. Gen. Procem. v. 23.

Ipsa Scriptura in multis locis indicat suam obscuritatem, uti in Apocalypsi de libro septem signaculis clauso quem nemo poterat aperire. Item: Tu autem Daniel claudere sermones, & signa librum usque ad tempus statutum. Si clara esset, utique labor tot interpretum esset inutilis &c. D. 1. 8. Et quidem tam variorum interpretum. D. 12. 99.

Apoc. 5.

Dan. 12.

S. Hier. Ep. 24. ad Volusian.

S. Hier. ait: Tam profunda est abyssi Scripturae, ut si a prima pueritia usque ad decrepitem senium illi studeam, semper aliquid novi addiscam. D. 7. 68. C. 2. Petr. 1. v. 19.

249. Non intelligitur sine studio orationis.

S. Chryl. asserit: Cum videro quam piam non amantem studium orationis... continuo mihi passim est, cum nihil egregiae dotis in animo possidere, &c. &c. S. in praefat. fol. 13.

S. Chryl. 1. 1. de or.

Unus vester magister est Christus, supra quae verba S. August. docet necessitatem orationis ad intelligentiam Scripturarum. Certe Sancti profundissima Scripturae arcana nonnisi per orationem edoceri solent, uti de se fateatur S. Bernardus & C. in Gen. Procem. v. 45.

Exigit dignitas loquentis, ut lectio Scripturarum non sit sicut aliorum librorum, sed potius atenta meditatio: hinc S. David nunquam usurpat solum nomen lectionis, sed meditationis: Legem tuam meditationis sum. Meditabor in mandatis tuis &c. Ad detegendas auri venas non sufficit aratro leviter obire terram, necesse est lignonibus interiora viscera penetrare. Neque despondeas animum, si initio non statim intelligas, quia Eunu-chus Reginae Candacis non intellexit pri-

S. Aug. 23. contra Iovinianum.

primo, sed Deus modum invenit explicandi. Segn. Manna 1. Apr. n. 5.

Mare est sacra Scriptura, habens in se sensus profundos, ait S. Aug. Quis mare hoc rimabitur sine studio orationis?

Scriptura intellectu difficilior est, quam ceteri quivis libri: quia non unum sed multiplicem sensum habet, litteralem, qui refert historiam: Allegoricum, qui refert mysteria de Christo: tropologicum, qui mores informat: Speculandum, qui caelestia Sacramenta speculanda proponit. Quis assequatur hanc sensuum abstrusionem sine lumine Spiritus sancti continuis precibus exorato? C. Gen. Procem. n. 23. & seqq.

250. Dat materiam uberem ad quosvis discursus.

S. Chryl. ait: Sive de rege loqui volles five de militibus, five de re familiari five de publicis, civilibusque negotiis: videbis in Scripturis horum omnium magnam copiam: hujusmodi commemorationes magnam afferunt utilitatem: impossibile est enim, animum hoc genus historiarum versantem a cupiditate superari. S. pun. 30. fol. 713: Vide Titulum: Pia colloquia.

S. Aug. ep. 2. ad Volusianum.

Audiamus S. Augustinum de S. Scriptura disserentem: Hic, ait, Philosophia, quoniam omnes omnium naturarum causas in Deo Creatore sunt. Hic Ethica, quoniam bona vita & honesta non aliunde formatur, quam ex iis, quae diligenda sunt, uti est Deus & proximus. Hic Logica, quoniam Veritas, lumenque animae rationalis nonnisi Deus est. Hic Reipublicae salus, quia optime custoditur civitas fundamentum & vinculi fidei & firmæ concordiae, &c.

Si sermo incidat de Regibus, de Principibus, de Nobilitate, de populo, de prosperis, & adversis, de bello & pace, de virtutibus & vitiis, omnia haec inveniuntur in Scriptura. Vix est discursus, in quo non afferatur eruditio five ex nova, five ex veteri Lege: Solent & viri, solent & Monachi, ait S. Hieron. Solent & mulieres hoc inter se habere certamen, ut qui plus eduxerunt Scripturas in eis se putent esse meliores.

S. Hier. in viri. Epistol. 122.

Sancti Patres, Ecclesiae Doctores amplissima scripserunt librorum volumina, de Deo usque ad infimam creaturam, de virtutibus & vitiis ad eruditionem, conversionem, & sanctificationem populorum. Ex quo fonte hauserunt tam

admirabilem scientiam? Certe ex Sacra Scriptura. Vid. C. in Gen. Procem. &c.

251. Ejus lectio dicitur virtutibus.

Erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum: Quendammodum arbor plantata secus decursus aquarum florescit: Ita anima Scripturae Divinae fluentis irrigata virtutibus impinguatur, ait S. Joannes Damascenus. M. conc. 7. aff. 2. n. 2.

Discipuli cunctes in Emmaus in fide vacillarunt, sed per expositionem Scripturae confortati sunt. M. conc. 7. aff. 2. num. 3.

Simile est thesauro abscondito: ubi Chryl. Merito thesauro confertur Divinarum Scripturarum lectio; nam in Sacra Scripturae indicibiles divitiae invenies licet, &c. M. conc. 28. aff. 3. n. 4. C. in Gen. Procem. n. 20.

Regius vates beatum vocat, qui in lege Dei meditatur die ac nocte; quia Divinum Eloquium nobis propositum est, ut esset lucerna pedibus, & lumen semitis nostris: sicut enim inter viridaria nemo ambulare potest, quin odore afficiatur: nemo in folis radiis versari potest, quin calefiat: ita Divinae litterae legentium mentes, moreisque veluti quoddam Divinitatis colore tingi, sanctisque affectibus accendi necesse est, &c. C. Gen. in Procem. v. 9.

De S. Epiphanio refert Ennodius, quod amulatus sit quidquid virtutum in Scriptura legisset. In ipso videri poterat zelus Phinees, Abrahamae caritas, Jacobi vigilantia, erat pacificus ut David, prudens ut Salomon, Religiosus ut Ezechias, misericors ut Tobias &c. &c. A. 1. lect. 1. n. 12.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis: Divitiarum in census elocatur: parum divitias: ita lectio S. Scripturae post se trahit census variarum virtutum.

Genuinum confert donum lectio Scripturarum, ait S. Hieron. Intellectum erudit, de Summi & voluntatem a vanitatibus mundi abstractam ad amorem Dei perducit.

252. Ejus lectio dedocet scelera.

Caligula, Heliogabalus, Totila non tam brutales fuissent, si legissent penam suis scelerebus in aliis irrogatas: tu detractor non ita maledicus fores, si de M. 2. Ma-

Maria forore Moysis: tu mulier non ita vana fores, si de infelici morte Jezabelis: tu Mercator non ita rapax fores, si de supplicio Ananias & Saphira legisses, &c. M. conc. 7. aff. 1. n. 4.

Lascivia tentaris? quomodo vinctis si in profanis Scriptis legas impudicitiam Semiramidis? vindicta cupiditate inflammatis? quomodo vinctis, si in profanis legas Thyomyrim hostem suum Cynum crudeliter occidentem? &c. &c. sed in facris libris vitia defendendi, vincendique causas ubertim habebis. M. conc. 28. aff. 3. nu. 7.

Plinius diseurit, cur natura specula quaedam naturalia procuxerit, uti sunt aqua, & lapides quidam pellucidi, respondetur, ut homo seipsum cognoscat, ut admiretur structuram suae faciei, & creatorem laudet. Sacra Scriptura tale speculum est, in quo homo se videre, & suam deformitatem agnoscere potest, ait Greg. Scriptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, ut interna facies nostra in ipsa videatur. A. 1. lect. 1. n. 7.

Qui praevidet se cogendum ad cibos venenatos, praeservativo se munit. Ita Regius Vates, praevidentis intoxicatas Mundi, Daemonis, & Carnis mensas se praemunit: In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. A. 1. lect. 1. num. 14.

Maria conservabat omnia Verba Filii in corde, quid mirum, quod draconis caput contriverit? Ibid.

S. Hier. Rusticum Monachum monet: Ama scientia Scripturarum, & visis carnis non amabis. Sic & Bernardus fororitur: Ama Scripturas, & contemnes vitia carnis. A. 1. lect. 1. n. 22.

Arcus est Scriptura, ait S. Gregor. de H. 1. Mer. qua ad corda hominum, sicut ferientes sagittae sic terrentes sententiae veniunt.

253. Detegit fraudes demonis, easque vincit.

Oculi tui columbarum super rivulos aquarum. Columba in aquis tralucidis umbrae ventientis milvi observat: ita fideles in sacrarum Scripturarum fluentis insipientia superventientes demonum rapinas, easque declinant, ait Carpatus. M. conc. 7. aff. 2. n. 5.

Christus Dominus tentatorem veritate Scripturarum repellit, ut nos vincere crimina Scripturarum praesidio disceremus, ait Ambr. M. conc. 7. aff. 2. n. 7. leg. 7. Huc

S. Greg. 1. 2. mor. c. 1.

H. 1. 11.

S. Hier. Ep. ad Mad. Ruff. Mon. S. Bern. Ser. 55.

S. Greg. 1. 1. Mer. c. 23.

Carpat. int. conc. 5. n. 2.

ipsum in modum de Christo tentato scribit Burgenlis: Quamlibet tentationem contra eum commissam evacuavit per auctoritatem Sacrae Scripturae, quae est veritas aeterna, M. conc. 28. aff. 3. n. 7.

Christus in passionem suam iturus gladios requisivit: Qui non habet enas &c. Discipuli aiebant: En duo gladii hic sunt, & Christus respondit fatis est. Quales sunt hi gladii? S. Ambr. ait: Duos gladios discipuli obtulerunt, unum novi, alterum veteris Testamenti, quibus adversus diaboli armatur insidias. M. conc. 7. aff. 2. n. 6.

Quin imo etiam Scriptura non intelligatur, tamen fugat demonem: ita S. Arsenius suavitati fratri conquerenti insidias diaboli: sicut incantatores serpentum non intelligunt verba, quae profertur, & tamen aspidem virtuti verborum obediunt: ita, inquit, in fugam agitur demon, etsi non intelligas Scripturam, &c. A. lect. 1. n. 18.

254. Prohibetur plebi, & cur?

Cardin. Bellarm. ait: Populus non caperet fructum ex Scripturis, sed detrimentum: acciperent enim indocti occasione errandi tum in fide, tum in moribus, nam ex Scriptura non intellecta nata sunt haereses. M. conc. 28. aff. 1. n. 9.

Quamquam eruditioribus de saeculo non solum non disuadetur, sed omnino suadet: sicut enim navigantes argenti magnetem & mappa, praesentem armis, ita inter tot mundi pericula, & afflictiones valde utilis est homini laico, & necessaria Scriptura, &c. A. 1. lect. 1. n. 20.

De cetero non est consultum, ut promiscue omnes ex plebe legant Scripturas, quia si sensui suo inharere vellent, facile in errores inducerentur in iis, quae sine interprete intelligere non valent: audiamus S. Hieronymum: Agricole, commentarii, fabri, metallorum, lignorumque caesores, lanarii quoque, & fuliones... absque Doctore non possunt esse, quod capiunt. Quod Medicorum est promittunt Medici, tradant fabrilis fabri, sola scripturarum ars est, quam sibi omnes passim vincunt. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sopsista verbosus, hanc uterque praesumit, lacerant, docent, antequam disceant. D. 1. 3.

Varie sunt rationes, cur Scriptura prohibetur plebi. 1. Quia nullum fructum capie ex lectione, quam non intelli-

Bellarm. 1. de Tert. Dei c. 14.

S. Hier. ad Paulin. Epist. 103.

256. Assidue voluitur a Sanctis.

telligit. 2. Quia ansam fumeret in multis errandi, omnes enim haereses ortae sunt ex Scriptura maleintellecta. 3. Quia saepe scandalum pareretur in iis quae videntur minus veracunda, uti in Cantica, &c. 4. Quia cum singulari linguae singularis fere saeculis notabiliter varientur, Scriptura continuo deberet alteri, aliterque transponi. 5. Quia subtilitas mysteriorum exigit, ut non a lixis & tonforibus instat quotidianae nanae circumferantur. Coquus coram S. Basilio rextum Scripturae cavavit: cui statim Sanctus: Tuum est de pulmentis cogitare, non dogmata Divina decoquere. D. 1. 58.

255. Instruit omnes status in norma vivendi.

S. Chryf. de Scripturis docet: Omnibus singularia vivendi documenta largitur. Studiosis, pauperibus, divitibus, senibus, adolescentibus, Regibus, principibus, belliducibus, gregariis militibus, nobilibus, plebeis, peccatoribus, Sanctis, viris, feminis, nuptis, virginibus, Judicibus, mercatoribus, patribus, filiis, Episcopis, sacerdotibus, civibus, pastoribus, debilibus, robustis, Dominis, servis, doctis, indoctis, infirmis, sanis, peregrinantibus, navigantibus, verbo: omnibus thesauros virtuosae doctrinae suppeditat, &c. &c. M. conc. 28. aff. 3. nu. 5.

2. Tim. 3. Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum, Speculativa utilis est ad corripiendum, & ad erudiendum, practica ad corripiendum, & erudiendum in bono, &c. Segn. Manna 1. April. n. 2.

Scriptura Sacra speculum est, ait S. Aug. nulli adulatur, sed laudanda, vel vituperanda hominum facta indicat, vel iudicanda proponit. Item alibi: Scriptura Sacra se loquitur, ut altitudine superbus irrideat, profunditate atteritos terreat, virtute magnos pascat, affabilitate parvulos necriet.

S. Aug. 1. 7. de Trin.

Siquis audiret est verbi, & non facti, hic comparabitur viro consideranti vultum suum in speculo &c. S. Aug. Scripturam dicit esse speculum, quia in eo quilibet colligit sententias morales de virtutibus & vitiis, ut in eo credens se inspicat, quantum in bonis moribus, & operibus profecerit, & quantum sibi destit. C. in Ita. 1. v. 23.

D. Claus Spicil. univers. Pars III.

S. Dominicus tam vetus, quam novum testamentum assidue versabar, Romae & alibi plures ejus libros publice docuit, fratres ad praedicandum missos monuit, ut sola sacra Biblia secum deferrent. S. Vincentius Ferrerius Italiam, Galliam, Germaniam peragrans, & ad minimum centum hominum millia continentem solum Brevariium, & sacra Biblia circumferbat. S. Jordanus a Prædicatoribus quaesitus, utrum foret melius orationi, an studio Scripturae insistere, facere responderit: utrum sit melius semper comedere, aut semper bibere: sicut enim alterum utrumque competit, ita orare, & studere Scripturae vicifim operet. S. Franciscus studium Scripturae suis indultis ea lege, ut orationis & devotionis spiritum non extinguere, ac primus ex ejus familia S. Antonius vivente adhuc Francico sacras literas docuit, a Romano Pontifice Arca testamenti nuncupatus. S. Bernardus quidam quidam loquebatur fere verbis Scripturae loquebatur. S. Edmundus perditus & pernox sacras literas voluit, & quoties eas aperuit, prius osculo veneratus est, &c. C. Gen. Progm. n. 36. & seq.

S. Melania singulari annis ter perlegit sacras literas. S. Caecilia librum Evangelii constanter secum deferat. S. Antonius Paduanus memoriter callat totam Scripturam. Imperator Theodosius in ferias noctes occupatur lectione Scripturae, Alphonfus Rex Arragonius quatuordecim vitibus Scripturam una cum expositionibus evoluit, &c. D. 9. 76.

Abbas Ammonius veteris & novum Testamentum memoriter tenebat. S. Chrysofostomus Epistolas S. Pauli memoria tenet, multaque expositiones ab ipso S. Paulo accipit. Sanchez 5. part. c. 4. fol. 443.

S. Carolus Borromaeus nudo capite, & flexis genibus sacra Biblia lectitare consuevit.

257. Est magne dignitatis & estimabilitatis.

Sacra Scriptura est oraculum, quo non Apollinem ex tripod, sed ipsum multo certius, quam e veteri Arca & Cherubim proloquentem audire possumus. Hinc Sacra Biblia olim in templis juxta Ss. Eucharistiam afferebantur, ut

indicaretur, post Ven. Sacramentum nihil esse in Ecclesia sanctius; nihil venerabilius, quam Scriptura. Judæi hodie illum illam reponunt in tabernaculo, caventque, nequis illum illois manibus tangat. C. in Gen. Procem.

Scriptura fons est, & fundamentum Theologie, hac enim scientia est, quæ conclusiones suas ex principiis fidei certis deducit, ideoque scientiarum omnium augustissima est: principia autem fidei & veritatis Scriptura complectitur. Unde qui Scripturam a Theologia avellere cuperet, matrem sine prole, domum sine fundamento, aquæductum sine faturigine, delusoria levitate speraret. C. in Gen. Procem. n. 5.

Nec minus Philosophiæ moralis, ac Ethicæ fons est, & origo est, itaut illi elogia Tullii de Philosophia optime conveniant: *Est lux vita, Magistra morum, animi medicina, bona vivendi norma, justitiæ altric, fœs Religiosis.* C. libid. n. 6.

Scriptura est scientiarum omnium universalitas, complectitur notitiam rerum naturalium, supernaturalium, Divinæ essentia cum suis attributis: hanc qui neglexerunt, inciderunt in turpissimos errores Platonis, Pythagoræ, Aristotelis, Democriti, aliorumque. C. Gen. Procem. num. 13.

Porro Scriptura docet Ethicam, Physicam, Logicam, Metaphysicam, Historicam, Chronologiam: Omnes scientiæ ancillantur Sæcæ Scripturæ. C. Gen. libid. n. 17. & seq.

258. Solatur in omnibus adversitatibus.

Turbulentus est mundus & plenus miseris: a rege usque ad mancipium omnes male contenti vivunt. Quis tor calamitatis æquo ferre poterit animo? Scriptura ipsamtenet: *Vade piger ad formicam, supra quæ verba S. Aug. annotat: S. Aug. l. Sicut formica æstate colligit, unde in hyemate se me pascatur, sic unusquisque Christianus in rerum tranquillitate colligat Verbum Dei, ut in adversitate, & tribulatione habeat, unde spiritualiter vivat.* Exemplo est David, qui in plurimis adversitatibus secuto Scripturæ se munuit. Exemplo est Job, qui in innumeris malis ac infirmitatibus constantissimus fuit, ex meditatione Divinorum oraculorum, ait Aug. Exemplo est Josephus in persecutionibus fratrum, & tentationibus semper invictus. A. l. lect. I. n. 15.

In Scriptura Sacra, ait S. Chrysol.

ignorans invenit quod discat, contumax quod timeat: laborans præmia, pusillanimitas medicinam, peccator salutem per penitentiam.

Occulta vitæ, & infirmitates animæ major sunt, magisque deploranda infelicitas, quam moibi corporis: Scriptura autem, ait S. Chrysol. *est thesaurus omnium medicinarum: sive stultitiam exuere, sive affectus sedare, sive pecuniarum cupiditatem expellere, sive dolores contemnere, sive fortem animum induere, sive adversa æquo animo tolerare velimus, plurima hic remedia invenire possumus.* Lege, de his omnibus inventes exempla.

Adversitates in hac vita sunt plurimæ, in corpore, in anima, in fortunis, in honore: In corpore per infirmitates & dolores: in anima per anxietates & tristitias: in fortunis per pauperietatem & infortunia: In honore per diffamationes & opprobria. Omnibus his malis medetur Scriptura: *si quidquam est, s. Hieron. quod in hac vita vitium sapientem tenet, Ep. ad Eph. l. 1.* ait S. Hieron. *& inter pressuras & turbines æquo animo manere persuadent, id esse primum ror meditationem Scripturarum.*

259. Ejus textus in sensu accommodatio ingeniose usurpantur.

Nicephorus Callistus narrat, illa verba Davidis: *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, ut adificentur muri Jerusalem,* ab aliquibus applicata fuisse Imperatrici Eudoxiæ, quæ sua liberalitate multa sacra loca, & urbem Jerusalem reparavit; nomen Eudoxia enim interpretatur *Bona voluntas*, ideo putant multi, Davidem in spiritu locutum fuisse de hac Imperatrice.

Cum Profer Vatinianus in Ducem Reipublicæ Genensis electus fuit, P. Julius Mazarinus S. J. in oratione gratulatoria usus est hoc themate. *Prosperè procedet, & regna.* D. l. 7.

Cum aliquot primæ Nobilitatis Viri contra Ludovicum Regem conspirationem facerent, ejus conspirationis confectus fuit Augustus de Thou, nec tamen illam Regi prodidit: Quare infidus Cardinalis Richelii decapitatus fuit. Possimio cum Matrone de Ponck, soror illius de Thou aliquando sepulcrum Cardinalis præteriret, scitissimus usurpavit illa verba: *Domine si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus.* Theatr. Trag. hist. 36. in fine.

Quam-

Quamquam autem hoc dissimulandum utcumque sit, improbum tamen est, Scriptura inepite ad qualvis garritiones, facetias & nugas abuti, id quod graviter improbat S. Hieron. inquit: *Trahant fabrilis fabri, sed solum Scripturarum est ars, quam sibi passim omnes vendicant: hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sibi passim omnes vendicant: hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sibi passim omnes vendicant: hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sibi passim omnes vendicant.*

S. Hieron. Proleg. lib. 1.

Sancti Patres, ac Interpretes Scripturæ.

260. Insigniter utuntur arte Rhetorica.

Bene Eruditissimus Josephus Speranza de sacunda Sanctorum Patrum differens ait: Quis, amabo, non suscipiat, quis non admiretur Nazianzen, Basilii, Chrysostomi, ceterorumque Græcorum Patrum flumen aureum eloquentiæ? Quis Cypriani, Hieronymi, Ambrosii, Augustini, Leonis, Gregorii, Chrysologi sacundiam non obstupescat: nihil boni, pulchri, ut dici solet, reperire est, quod Patrum non sit. Quis me hercule Nazianzeno in suo fonte lucidior, dulcior, suavior, simulque profundior Christianus hic certe Demosthenes, Divinus hic Plato. Orationes illius veluti catena sunt, quæ cor meum, ac eorum omnium, qui eas legunt, devinciunt, & quoqueverum trahunt: Quatuor hic totum verba exoipie ex elegantissima illa oratione de Machabæis: *Ibi, ait, generosi ac magnanimi pueri, generose matris nobilis proles, non minus animis fratres, quam corporibus inter se mutue mortis æmuli, o rem admirandam! tormenta quasi thesauros præcipientes pro magistra lege pericula subeuntes, quæ non magis illata formidabant, quam reliqua requirebant, unum illud veriti, ne tyrannus a pona desisteret, nequis ipsorum sine corona præmia discederet, ne inviti fratres alii ab alio seungerentur, & ne eo discrimine supplicia non ferenter mala victoria superarent, &c.* S. in Præfat. fol. 7.

S. Cypr. de Sanctis Martyribus: *Steterunt torti tortoribus fortiores, & pulcherrime membra vicerunt. Inexpugnabilem fidem superare non potuit lævius dem plaça repetita, quamvis rupta compage viscerum torquerentur in servis Dei jam non membra, sed vulnera. Fluebat sanguis, qui incendium persecutoris ex-*

tingeret, qui flammæ & ignes gehennæ glorioso cruce sopiret. Brev. in Festo S. Georgii Mart.

Lactantius de S. Cypriano ait: *Magnam sibi gloriam ex artis oratoria professione quæserat. . . . Erat ingenio facili copioso, suavi, & que sermonis est maxima virtus, aperto, ut discernere nequias utrunne orationi in eloquio, ac facillor in explicando, ac potentior in persuadendo fuerit.* D. l. 1. 97.

Lactant. lib. 5. Inst. c. 1.

Lingua sapientium ornat scientiam, ait Prov. 15. Sacet Proverbiales, idest, eloquentia S. Patrum tam Græcorum quam Latinorum ornat sapientiam Christianorum. Sic S. Basilii doctrina plena est præceptis sanctitatis, Nazianz. in altissima mysteria sese inferens magno verborum pondere valet. Athanasius lenior, sed multa cum auctoritate docens. Epiphanius contra hereticos acer, Theodoretus in Scriptura interpretanda diligens Damascenus Doctissimus: Chrysol. pleno eloquentis flumine auditores in omnem partem impellens. Cyprianus oratione copiosa redundans. S. Hier. instar fontis purissimi dulcis. S. Ambrosius sententiarum ubertate referens. S. Aug. uberrimus, copiosissimus, lenissimus. S. Leo gravis, & majestatis plenus, &c. C. Prov. 15. ver. 2.

261. Illorum sententias usurpare laudabile est.

S. Hier. laudat Nepotianum, quod in suis scriptis libenter Patrum testimonia afferret, quia illorum scripta usurpare non est surtum, sed hereditas. S. in Præfat. fol. 12.

Sicut qui pecunias populo dispendias publice projiciunt, volunt, ut pecunia sit occupantium; ita cum Sancti Patres scripta sua juris publici faciunt, volunt, ut sint propria usurpantium. S. Hilarius in expositione libri Job maximam partem excerptit ex Origene. Hexameron S. Ambrosii fere nihil aliud est, quam partus S. Basilii. S. Hier. fateatur, quod expositionem Prophetæ Micheæ ex antiquis Patrum scriptis collegerit, pro exculpatione autem huius sui facti ait: *etiam Ennium, Maronem, Plautum, Cæcilium aliosque eruditos viros culpan- dos esse, qui totos libros, & apologos aliorum sibi appropriaverint, &c.* D. 7. 58.

Eruditissimi Scriptores, & Interpretes S. Scripturæ ingentia volumina, & complures Tomos post se reliquerunt: quid aliud

M 4

aliud per hoc fecerunt, quam ut scripta suorum antecessorum usurparint, & sine posteritati utiliter usurpanda relinquerint.

Alphonfus Tostatus dictus Abulensis supra Evangelium S. Matthæi septem Tomos scribit, & tamen non ad finem perducit. Fuit tam fufus, ut ex unico capitulo centum sexaginta quæstiones eruerit.

Henricus Langelentius multis annis laborat in expositione libri Genesis, & tamen quarto anno vix ad quartum capitulum pervenit.

Thomas Haselbach in exponendo primo capite Isaïæ viginti & uno annis sudat, viginti quatuor libros scribit, & tamen non absolvit.

Afcianus Martinengus duobus Tomis vix ad tertium Genesis caput pertingit. Franciscus Mendoza tribus Tomis tantum quindecim capita ex primo libro Regum explanat. Joannes Philippeus ingenti volumine quatuor non amplius capita Osee explicat, &c. D. 7. 68.

Lectio Sacra.

262. *Afferit magnam legenti utilitatem.*

Rex Salomon docet, etiam in prudentia acque doctrina dolorem, & afflictionem inveniri. Quis, qualis dolor nonne scientia ex natura sua fuit delectabilis? Respondet Salomonus Episcopus Viennensis: *Quia quanto amplius cælestia, & æterna homo cognoscit, tanto magis dolendo, & flendo laborat, ut errorum laqueos evadere possit, & liberari valeat de hujus sæculi miseria.* A. 1. lect. 1. n. 4.

S. Chrysof. enucleat: *Non potest fieri, ut quisquam salutem consequatur, nisi perperis versetur in lectione spirituali.* Ergo lectio spiritualis necessaria est ad salutem. Hac de causa S. Carolus Borromeus reformaturus urbem Mediolanensem primam curam spiritualium librorum habuit. S. Ignatius reformaturus orbem commendat omnibus Thomam Kempfen, &c. A. 1. lect. 1. n. 24.

Homines laici ex cœcantur propter negotiorum multitudinem, sed plus aliis indigent lectione sacra, sicut plus magne, & mappa opus habet, qui fluctibus in mari jactatur, quam qui in litore securus stat. Plus armis indiget, qui in prælio versatur, quam qui in pace, &c. A. 1. lect. 1. n. 20.

Etiam Reges in summis regnorum negotiis, uti Theodosius junior, Carolus Magnus, Alphonfus Arragonicus, aliique

solertissimi erant lectione sacra. A. 1. lect. 1. n. 24. O quot sunt homines mundani, qui Ovidium, nova, alique profana volunt, si vellent libros sacros, mirum in virtute proficerent. A. 1. lect. 1. n. 24.

Pix lectioni sapientia Dei fe immisceat, illuminando intellectum, & inflammando voluntatem. S. Antonius legendo illud: *Si vis perfectus esse, vade, vade omnia, mundo valedicet.* Sic Simeon Stylites, Joannes Columbinus & alii continentur. C. Prov. 8. v. 12.

263. *Prodest ad emendationem vite.*

Guerricus Parisiensis cum veterum Patrum vitas legi, & eodem semper epiphonemate concludi audivit: *Mortuus est, mundo valedicet.* A. 1. lect. 1. n. 5.

S. Aug. fateur, se ex lectione sacra superbiam deposuisse, hæreses devicisse, humilitatem amplexum fuisse. Quomodo consecuti sunt suam conversionem & sanctitatem Præfectus Regine Candacis, S. Antonius, Columbinus, Ignatius, Andreas Avellinus aliique nisi ex lectione sacra? A. 1. lect. 1. n. 5.

S. Eugenia ex Epistolis S. Pauli ad fidem convertitur, & una cum Proto, & Hyacintho suis instructoribus martyrium consequitur, &c. A. 1. ibid. S. Aug. dubitans audit vocem: *Tolle, lege; sustulit, legit Scripturam, & ad baptismum festinavit.* A. 1. lect. 1. n. 8.

Duo Aulici Imp. Theodosii in eremiticorum ex aula progressi, & per otium vitam S. Antonii legentes, caducitatem rerum terrenarum agnoscunt, & non amplius Imperatori terreno, sed cœlesti servare statuunt. I. n. 14.

Multa sunt, quæ considerent Deo conquerendo exponere debemus, & hoc fit per orationem. Multa sunt, in quibus a Deo interna locutione instrui debemus, & hoc fit per lectionem, juxta illud: cum oramus Deo loquimur, cum sacre lectioni vacamus, Deus loquitur nobiscum. C. Exod. 30. v. 1.

Eunuchus Regine Candacis per lectionem Isaïæ conversus ad Baptismum festinat. Sic Spiritus Sanctus lectioni Scripturæ piæ cogitationes intellectui, & affectiones voluntati instillat. Romæ lectio vitæ S. Antonii, quam secum tulit S. Athanasius, multos Nobiles & cives, viros & feminas, spreto mundo ad vitam Religiosam trahit, inter quos prima fuit S. Marcella, prout testatur S. Hier. C. in Act. c. 8. v. 32. Et Prov. 8. ver. 12.

Memolet. precum.

S. Aug. 1. 8. conf. 1. 6. 7.

Consilium Patris Spiritualis.

264. *Est necessarium, ac utile cuique.*

Veri sapientis est bonorum suasioni assentum præbere, ait Beda. *Audiens sapiens sapientior erit.* Ubi Hieronymus. Offendit Salomon neminem in hac vita sapientem fieri posse, cujus sapientia nequam auferi.

David uter Spiritum Dei habuerit, semper tamen Prophetas Gad, & Nathan consiliarios adhibuit. S. punct. 121. fol. 378. & punct. 122. fol. 379.

Moyses, etiam Deo plenus, a Jethro Sacerdote Madian consilium accepit. S. punct. 122. fol. 380. Vide Tit. Prudentia.

Confundetur Israel in voluntate sua. Quid ita? si sermo esset de Ephraim, qui fuit simplex, perverfus, non habens cor. A Israel videns Deum homo tam sublimis, tam sanctus, etiam ipse confundatur. Ut scias etiam perfectus esses, etiam raptus cum Paulo ad tertium cælum, in nulla te te sequi debere proprium sensum, sed recurrere ad aliquem Ananiam. Hæc est praxis personarum Deo dilectarum. Hæc est praxis personarum animæ excellentiæ, observabat, quidquid Mar- docheus præcipiebat. Segn. Manna 29. Mart. n. 3.

265.

Tantæ utilitatis est consilium Patris spiritualis, ut securus sit, quam ipse revelationes Dei.

S. Theresia diu rogans Dominum, ubi ordinem suum inchoare deberet a Deo responsum tulit, Madridi id faceret. Sed consulens desuper Confessarium jussa est Hispali remanere: & remansit. Quæstio quomodo hoc facere potuerit non obstantem suo voto semper facienti perfectiora, reposuit, per revelationes se posse decipi, cum Sathanas multoties se transformet in angelum lucis, non posse vero decipi per consilium Patris spiritualis. A. lect. 6. n. 23.

Consilium Patris spiritualis est instrumentum Dei, quo dirigit animas ad salutem: Deus dum Samuelem vocavit, de industria vocem fenis simulavit, ut Samuelem ad illum utrum jam reprobatum, recurreret. Paulum non per se, sed per Ananiam veritatem edocuit. S. punct. 122. fol. 382. ad finem. fen.

Prohibitum est medicis agrotantibus, ut sibi ipsis medicinam præscribant: ita nemo debet seipsum dirigere, sed alterius directioni se subicere. &c. A. lect. 6. num. 26.

Considera artificiosum fontem, ubi ex una aut pluribus aqua fallit in puteum. Res mira! an hæc aqua saliens provenit ex fluita? Non ita. Statua non capit tantam aquarum abundantiam. Unde ergo! per subterraneos canales aqua truditur, & a longe venit. Ita consilium Patris spiritualis non ex illo fluit, sed a longe ab ipso Deo per arcana suggestiones venit. Ideoque æstimandum est tanquam vox Dei ad salutem necessaria vel valde utilis.

Pia colloquia.

265. *Suadenda tanquam inconitum Virtutis.*

Sanctus Chrysofotomus postquam mansuetudinem Davidis fuisse laudavit, addit: Hæc in confectibus assidue inter nos loquamur: hæc apud uxores, hæc apud liberos frequenter renovemus narrationes: Etenim si ve de Rege loqui voles, ecce Rex: si ve de mililibus, si ve de re familiari, si ve de publicis, civilibusque negotiis: videbis in Scripturis hominum omnium magnam copiam &c. S. punct. 30. fol. 713.

Cam inter aliquos sacra colloquia haberentur, quidam Monachus sellam in medio eorum collocavit: quæstus rationem reposuit: se id facere in obsequium Christi, qui promissit, quod ubi duo vel tres in nomine suo essent congregati, ille in medio eorum esse velit. Errece. Christus visibiliter apparuit, & se in illa sella collocavit. Sanchez 5. part. c. 4. fol. 455.

Christus Dominus post resurrectionem suam cum Discipulis in Emaus cenavit, exposuit illis sacram Scripturam, & hoc colloquium tam sancte erit efficax, ut cor Discipulorum amore Divino inflammet. C. Prov. 8. v. 12.

Colloquia profana, stulta, impura, detractoria, aliaque hujus furfuris, animam audientis variis fecleribus corrumunt: ita a contrario colloquia sancta ædificant, & corda audientium amore caelestium accendunt; hinc ejusmodi colloquia, & consentientium inter anachoretas, & hodieum inter Religiosos frequentantur, & præcipiuntur. Sic S. Paulus visitatus a S. Antonio cum eo non nisi sermone Dei loquebatur. Et S. Thomas Aquinas dicere solebat: Viro Religioso non nisi cum Deo, aut de Deo loquendum esse. David Anachoreta ut fuerit mutus, eam tamen gratiam habuit, ut de Deo loqui posset. C. 1. Petr. c. 4. v. 11.

Præcipue vero Sacerdotibus conveniunt pia colloquia; sicut enim stomachus concouit cibum, eumque in singula membra dividit; ita illi quod ex Scriptura Sacra, & studio sacro hauserunt, inter membra Christi utiliter dispartire debent. S. Ambrosius comparat illos apibus: sicut enim apes, ita & illi de Divinarum Scripturarum foveolis luxuria mella conficere, & quicquid ad animarum medicinam pertinet, oris sui arte componere debent. C. 1. Petr. 4. v. 11.

S. Barlaam fingens se gemarium colloquio pio de æternitate convertit Josaphat filium Regis, eumque relicto mundum in solitudinem trahit. &c. S. Abrahamus Neptem suam Mariam lapsam in fornicationem, fingens se mercatorem rediit in viam salutis. C. in Act. Apost. c. 17. v. 2.

MUNDUS ETUSQUE VANITAS.

266. Non satiat cum omnibus delitiis.

Oleum vidua Sareptana affuebat, factus Virginibus deficiebat. Cur? Respondet Hugo a Sancto Victore: *Oleum Dei dulcedo æternorum, oleum mundi delatatio præsentium.* B. ferm. 3. n. 10. seq.

Sicut pulli gallinæ inter se rixantur propter vermiculum, ita homines mundani discipant & sibi invident propter meum, & tuum. B. ferm. 53. n. 21.

Mundana felicitas habet calicem in manu sua: Quid mirum si mundani non fatiantur? quomodo enim possibile est ex uno calice omnes satiari? M. conc. 34. aff. 2. n. 8.

Ratio autem cur mandanorum fctis nunquam fatietur, est, quia delicia mundi non penetrant ad animam. David clamat: *Sicut desiderat cervus ad fontes aquarum.* Quid fctis, o David, ad delicias, victorias, divitias? habes hæc omnia. Nempe, sicut si fabricantur aqua tantum ostenditur, fctis non extinguitur, quia aqua non penetrat ad locum fctis: ita mundana omnia non fatiant, quia ad animam non penetrant, ait S. Vincentius Ferrerius. B. ferm. 3. n. 11.

Demon impedit, ne fatientur peccatores voluptatibus, sed semper famelici sint, sicut filius prodigus, ut nunquam perveniant ad saturitatem. M. conc. 34. aff. 2. n. 9.

Sicut aer & ventus, cum non sint cibus proportionatus corporis, non illud possunt nutrire: ita quia omnia creata sunt

vanitas, nequeunt hominis animam exsatiare. Lohner tit. *Resignatio* §. 8. n. 11. Mundi creaturæ omnes vanissimæ. Quia respectu Dei sunt purum nihilum. 2. Quia non satiant desiderium hominis. 3. Quia illarum abusus facile servit ad interitum. C. Eccl. 1. v. 2.

267. Contrarius Deo in suis iudiciis.

Mundus contradicit Deo in suis principis: nempe, Nemo læditur nisi a seipso per peccatum; cetera enim mala omnia mala non sunt; quia possunt esse occasio ad bonum. Paupertatem mundus malum vocat, sed aliter loquuntur Apostoli, & mille generosæ animæ, quæ mundum deseruerunt. Morbos mundus malum vocat; sed loquatur Lazarus quid illi profuerit ægrum fuisse. Persecutionem mundus malum vocat; sed per persecutionem Josephus fuit, ad solium promotus, & innumeri Martyres ad coronam. &c. B. ferm. 5. §. 1.

Sicut sidera in se pulcherrima nihilominus notantur nomine uris, leonis, capri, cum tamen nihil minus sint, quam ursus, leo, caper: ita ad veritates malum dicitur, dum tamen nihil minus, quam malum sint.

Contra honores, divitias huius mundi non vera bona sunt, sed imaginaria, & illusoria. S. punct. 64. fol. 221.

Mundus sæpe honorat impios, justos contemnit: Sic Josephus innocens in carcere gemit, adultera quæ illum persequebatur, domi in honoribus vivit. Sæpe laudabile, aut saltem sine culpa est, quod capitur. Martha prodit factorem sui fratris, tam tenere a Christo amati, ut illum a mortuis resuscitavit. M. conc. 20. §. 1. n. 9. & seqq.

Ratio est, quia non rationis ductum, sed consuetudinem, aut voluptatem, non legem sequitur. Sic Seneca mundanos, ac evanidos pecoribus comparat, *pergentes non quo eundum est, sed quo itur.* Et iterum: *inter causas malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla, nec ratione componitur, sed consuetudine abducimur.* B. ferm. 41. n. 1.

Sanctus Angustinus de seipso fatetur, non rationis ductum, sed morem apud se valuisse; puduit enim eum inter impudentes non esse impudentem. S. punct. 20. fol. 79.

268. Tendit ad cælum per aliam viam quam Sancti.

Vide Titulum: *Sancti.* Sponsa clamat: *Trabo me post te,* scilicet per cruces; & labores: Ubi S. Bernardus: *Quam pauci post te Domine JESU ire volunt, cum tamen ad te pervenire nemo sit, qui no-*

lit. S. punct. 47. fol. 182. Elias igneo curru ad cælum rapitur: mundus autem molli lectica illuc pervenire cupit. S. punct. 48. fol. 185.

S. Bernardus miratur misericordiam Christi erga latronem, atque ideo fuisse susceptum ad gloriam, quia fuit socius crucis: deinde subjungit: *Omnes conregnare cupiam, sed non cupiam, non curant quætere, quæ tamen desiderant invenire, cupientes consequi, sed non sequi.* M. conc. 43. aff. 1. n. 10.

Nicodemus noctu venit ad Christum, ut non offendant Judæos, & suo principatu deponatur: ita mundani volunt servare Deo, ut non offendant diabolum. &c. M. conc. 14. aff. 2. n. 2.

Mundani dupliciter cupiunt esse beati, volunt hic terrenis, & ibi æternis bonis frui: sed frustra! Deus exprobat illis: *Ulnæ quo claudicatis in duas partes: si Dominus est Deus, sequimini eum: si Baal (id est mundus) sequimini istum! utrumque simul possidere, nemo potest.*

Sancti, prout enarratur in omnibus vitis Sanctorum, amaverunt paupertatem, contemptum, carnis mortificationem, jejunia, vigiliis, aliaque opera pia amore Dei exercita. Contra mundanos homo querit, & amat divitias, honores, voluptates, omniaque carnis commoda, & tamen se salvandum sperat? Verum frustra, & inaniter! sicut oculum, ait S. Cyprianus, simul ac semel cælum & terram aspicere nequit: ita mundi amor & Dei simul in uno corde habitare non possunt. Et S. Hieronymus: *Impossibile est, ut presentibus quibus, & futuris fruatur bonis, atque hic ventrem, & ibi mentem impleat.*

269. Inheret sensibilibus, non curat insensibilibus.

Patriarcha Isaac, dum cæcus benedictionem primogenito dare vellet, a Rebecca deceptus secundo-genito dedit: aiebat: *Fox quidem Jacob, manus autem Esau.* Cur ergo non potius voci credit, quam manui? audi Sanctum Anto-

nium Patavinum: *Quidam excecantur longa consuetudine peccatorum, & isti figurati sunt per Isaac. Fidei quidem vocem audiunt, sed manu utraque apprehendunt vanitates: Evangelium verum esse credunt, sed vivunt ac si falsum esset. De his Isaac: Quis cæcus nisi servus meus? B. ferm. 14. n. 4.*

Dux Albanus insigni victoria Saxone profigans, per Galliam itinerans Franciscum Regem salutavit, a quo questus verumne esset, in eo prælio duos foles in cælo vifos esse, reposuit, se tunc ita fuisse occupatum in terris, ut non videret, quid ageretur in cælis. Sic multi occupantur terrenis negotiis, ut non attendant ad cælestia. T. n. 371.

Nolite effici parvuli! sicut pueri frustum vitri magis amant, quam unioem, & luteam domum magis quam palatium regis; ita mundani avidius inhiant perituris mundi nugis quam bonis cælestibus. Percurrant omnes hominum status, lustremus Aulas, Curias, Arces, Mercatorum tabernas, opificum officinas, rusticorum mapala, & pauperum etiam casas, videbimus omnis generis homines cætes potius de suis negotiis, curisque temporalibus, quam una vice de Deo, rebusque cælestibus cogitare. Talpa sunt mundani amatores, in tenebris scrobibus subter terram latent, & cæli faciem nunquam aspiciunt!

270. Planus est falsitatis & deceptionibus.

Propheta ille semper falsa prædixit, de quo in libris Regum legitur: Ubi S. Antonius Paduanus ait: *Propheta (senex est mundi) vanitas, quæ semper falsa prophetat.* S. Bernardus ait: *Mundus est, ubi male plerimum, sapientie modicum: sophisticando enim suas viles merces occultat onera sub honoribus, pericula sub dignitatibus, dolores sub deliciis, languores sub divitiis.*

Iner somnia & bona huius mundi est maxima similitudo: sicut enim somnia solum æstimantur a dormientibus, a vigilantibus vero ridentur, ita contingit, in bonis miseræ huius terræ: dormientes, id est mundani, qui habent intellectum vaporibus obfuscatum, æstimant illa: Sancti vero, qui juxta mandatum Christi vigilant, o quam parvi illa faciunt! Igitur non dormiantus, sicut & ceteri, sed vigilemus: Demon conatur quidem animo tuo conciliare somnum, ideo pro-

curat,